

552

7. E contra, ubi urgetur Deum Patrem de Filio suo ex iustitia vindicativa ~~datae poenae peccatis debitas~~ poenas peccatis debitas voluisse et Filium ex iustitia vindicativa eas dedisse, statim emergit tota illa errorum et confusionum complexio quae inde a saec. XVI hanc quaestionem obscuravit.

(a) ~~Nam poenae peccatis debitas sunt poenae infernales. Unde conclusio habetur Calvinii et veterum protestantium.~~

(a) Nam poenae quae ex iustitia vindicativa peccatis debentur sunt poenae infernales. Unde Calvinus et ~~alii~~ alii e veteribus protestantibus concluderunt Christum poenas infernales dedisse.

(b) Praeterea, poenae ex iustitia vindicativa debita non ~~bis~~ bis sed semel tantum solvuntur. Unde concludendum ~~est~~ esset numquam per merita Christi remitti culpam quin tota poena remittatur, contra Tridentinum (DB 922); et ulterius Christum pro solis electis esse mortuum, secus reproborum poenae non essent in infernis luendae si quidem iam a Christo solutae sunt.

(c) Praeterea, quamvis per defectum logicae evitari possint conclusiones aperte protestanticae, eiusmodi defectus non est laudandus simpliciter. Bonum sane est ab haereticis dissentire. Sed cohaerentiae defectus ipsam catholicam doctrinam ~~graviter~~ obscurat, neque leviter verendum est ne hanc ob causam "nomen Dei per vos blasphematur inter gentes" Rom 2, 24.

8. Non est doctrina anselmiana quod Christus poenas ex iustitia Dei vindicativa dedit.

Nam de essentia satisfactionis anselmianae est ut sit donum adeo supererogatorium ut solus Deus-homo illud offerre possit. Cf. praenot., I, 4.

Eiusmodi de facto fuisse mortem Christi tandem confessus est ipse Boso: "Aperte nunc video quia nulla ratione se ipsum morti ex debito, sicut ratio mea videbatur monstrare, dedit ad honorem Dei, et tamen fecit quod debuit." Cur Deus homo, II, 18; Schmitt, p. 129, lin. 14 s.

Quod si nulla ratione ex debito mortuus est Christus, sane non est mortuus ex iustitia Dei vindicativa.

~~Dices: si non ex debito, non debuit~~
Respondetur:

Dices: si non ex debito, cur debuerit.

Respondeat Aquinas: Christus ex caritate et obedientia satisfecit, Sum. theol., III, q. 48, a. 2.

9. Non est doctrina S. Thomae quod Christus ex iustitia Dei vindicativa poenas dedit.

Nam hoc fecit ex caritate et obedientia (ibid.); obedivit autem Patris severitati qui noluit sine poena peccatum dimittere (ibid., q. 47, a. 3 ad 1m); quod autem Pater sic voluit, fuit "abundantioris misericordiae quam si peccata absque satisfactione dimisisset" (ibid., q. 46, a. 1 ad 3m).

E contra qui poenas dat ex iustitia vindicativa, ille poenas non suscipit sed contrahit; neque Christus poenas contrahere potuit, quin culpam quodammodo suscepisset; ^{manifeste} ~~explicito~~ autem apud Aquinatem susceptio culpae excluditur (vide ibid., q. 14, aa. 1 et 3).

55A

Qui sentiunt Christum ex iustitia vindicativa poenas dedisse, vehementissime impugnantur apud Philippe de la Trinité, La Rédemption par le Sang; Encycl. XX ième siècle, 25; Paris 1959; pp. 55-58. Ubi plurima loca e S. Thoma collecta inveniuntur.

10. Principia S. Thomae non adiuvant eos qui volunt *iustam* vindictam Dei Patris contra Filium.

Docet quidem S. Thomas poenas medicinales iuste et ex vindicta infligi posse praeter culpam actualem propriam, Sum. theol., I-II, q. 87, aa. 7 et 8; II-II, q. 108, a. 4.

At haec doctrina Christo applicari non potest.

Primo, quia Christus peccatum originale non habuit; et ad peccatum originale haec poenae reducuntur: "hoc ipsum quod est poenale in talibus reducitur ad originalem culpam sicut ad causam" (I-II, q. 87, a. 7 c.).

Deinde, quia Christus erat impeccabilis; et in impeccabili haberi non potest poena quae est vel sanativa peccati praeteriti vel praeservativa a peccato futuro; ~~immo~~ sed eiusmodi est poena medicinalis de qua ~~manu~~ agitur (II-II, q. 108, a. 4 c.); et ideo in Christo esse non potest.

11. C. Tridentinum non adiuvat eos qui volunt vindictam *iustam* Patris contra Filium.

DB 904⁴: docetur assimilatio paenitentis per satisfactionem ad Christum satisfacientem; et ulterius ^(DB 905) docetur paenitenti satisfactio imponi in vindictam peccatorum praeteritorum.

At manifeste Christus non habuit peccata propria remittenda et remissa quidem quoad culpam sed non quoad poenam totam; et ideo nisi quis credit Christum suscepisse aliorum culpam

557

Fraenotamen XI : De Mentalitate Symbolica.

1. Per pauca de mentalitate symbolica dicenda esse videntur, ne quis credit nos contra adversarios vel non existentes vel amentes arguere.

2. Mentalitatem symbolicam intelligimus eum intelligendi, iudicandi, loquendi modum in quo magis secundum leges imaginationis et affectus proceditur quam secundum illam logicam a Graecis evolutam et hellenistica cultura diffusam.

In mentalitate symbolica evanescent (vel nondum sunt evolutae) distinctiones. Loco generum et specierum inveniuntur figurae repraesentativae; loco univocitatis uni nomini multi sunt sensus; loco exclusi medi (aut A aut non-A) ~~mixta~~ simul ~~et~~ intenduntur multa; loco probationis habentur repetitiones, enumerationes, contrastus, variationes; loco simplicis negationis contrariis quasi obruitur quod negatur; loco unici thematis simul multa condensantur.

Quae tamen dicta sunt de mentalitate symbolica secundum oppositionem suam ad modum procedendi logicum. At mentalitas symbolica ipsam suam quasi logicam habet, ~~et~~ suam propriam causalitatis notionem, suam propriam explicandi methodum, quae quidem omnia quasi connaturalia sunt ordini humano sensitivo seu psychico quatenus ^{hic ordo} minus quam in cultura graeca a parte hominis intellectuali et rationali gubernatur atque quasi informatur.

3. De se, mentalitas symbolica est quid indifferens. In homine etiam cultissimo minime deest. Magis tamen perspicitur in somniantibus quam vigilantibus, in multitudine excitata quam

Argumentum

1. Christus materialiter satisfacit pro peccatis nostris.

(a) Hoc iam est probatum in thesi 15^a, parte 4^a, ubi de vicaria passione et morte Christi propter peccata et pro peccatoribus, ubi "propter peccata" consideratur non secundum finem peccata auferendi sed secundum motivum cur divino iudicio oportuerit Christum pro peccatis pati et mori, et ubi simpliciter "pro peccatoribus" consideratur non secundum finem utilitatis peccatoribus obventurum sed secundum motivum cur divino iudicio oportuerit Christum pro peccatoribus ~~pat~~ pati et mori.

(b) Haec pars est de fide ex scripturis, uti ex probatione alibi iam facta constat. Etiam manifeste continetur in magisterio ordinario.

(c) Doctrina patrum hunc aspectum mortis Christi minime praetermittit. Vide L. Richard, pp. 117-120; J. Rivère, DTC XIII(26), 1941; Le dogme de la rédemption, Etude historique, pp. 111, 115, 132 s., 135-138, 168, 173, 175 s., 183 s., 216 s., 219, 230, 235s., 243, 255-257.

(d) Doctrina theologorum manifesta est ex praenot. IX, cum theologo poenas Christi omittere noluerint.

(e) Haec materialis satisfactio convenienter "expiatio" nominari potest secundum sensum huius nominis hodie, uti videtur, communem. De sensu tamen scripturistico vide quae in thesi 15^a diximus de propitiatione, 'ilaskesthai, p.

562

(b) Deinde, argui potest sumendo satisfactionem formaliter tamquam opus in honorem Dei factum, tamquam compensatio pro peccatis.

Nam Christus obtulit sacrificium, hostiam et oblationem Deo in odorem suavitatis, Eph 5, 2, et ideo opus in honorem Dei fecit. Vide thesin 15^m, ~~partem~~ partem 5^m.

Praeterea, pretium solvit nostrae redemptionis, nempe, dare animam suam, et ideo ratio compensationis non ~~manum~~ deficit. Vide thesin 15^m, partem 3^m.

(c) Tertio, argui potest sumendo satisfactionem formaliter sicut in praenotaminibus determinatum est.

Ibi habetur satisfactio formaliter ubi dantur poenae, non in contextu pure iuridico (culpa, offensae, reatus poenae, poenae inflictionis et solutionis; praenot. IV) sed in contextu ubi ~~inveniuntur~~ ~~manum~~ compensatio pro offensa, culpa remissio, ~~manum~~ et consequens poenae vera remissio (praenot. V).

Atqui ita iniquitates nostras nostrasque poenas Christus portavit ut ^{Deo offeratur sacrificium et} a Deo habeatur remissio peccatorum, reconciliatio Dei cum peccatoribus, et vera ipsarum poenarum remissio.

Quoad remissionem peccatorum, Eph 1, 7; Col 1, 14; etc. Quoad reconciliationem, Rom 5, 10; 2 Cor 5, 19. Quoad remissionem poenarum, ~~notate sententiam catholicam non esse vel Christum non pro omnibus peccatis satisfecisse, vel eum inefficaciter satisfecisse, vel poenarum, notate sententiam catholicam non esse Christum ita poenas pro peccatis solvisse ut Deo nihil remittendum habeat sed solummodo~~

satisfactionis (DB 904), et quidem modo quodam valde intrinseco (cf. loca S. Thomae, praenot. VI), unde et passiones sanctorum quodammodo adimplent quae desunt passionum Christi (Col 1, 24). Et ideo tota ^{quaedam} excellentia redemptionis in satisfactione Christi praecontinetur tamquam in causa. Cf. Heb 5, 9.

~~Quibus perspectis, ad condignitatem satisfactionis Christi concluditur. Nam id quod exigeret recompensatio totius offensae generis humanae secundum iustitiam vindicativam non esset nisi totalitas quaedam poenarum simpliciter uti in damnatis; quam totalitatem Deus nisi indirecte non vult (Sum. theol. I, q. 19, a. 9). ^{enim} Deus ~~autem~~ non vult mortem peccatoris sed magis ut convertatur et vivat. Et ideo ~~immunitatem~~ Christus ex obedientia et caritate Deo exhibuit quod ab intrinseco magis Deus diligit quam ~~im~~ quod exigeret recompensatio totius offensae humani generis. Cf. Sum. theol., III, q. 48, a. 2.~~

Quibus perspectis, ad condignitatem satisfactionis Christi concluditur secundum dicta S. Thomae, Sum. theol., III, q. 48, a. 2.

Quod enim exigit recompensatio totius offensae generis humanae est totalitas quaedam ~~pro~~ poenarum. I-II, q. 87, a. 6.

Quae totalitas, si secundum iustitiam vindicativam solveretur, non esset nisi totalitas poenarum simpliciter quam Deus nisi indirecte non vult. I, q. 19, a. 9.

Sed Deus non vult mortem peccatoris sed magis ut convertatur et vivat. Et totalis cuiusdam conversionis principium in perfectissima Christi satisfactione Deo exhibitum est. Unde iure cum S. Thoma concluditur quod "Christus ex caritate et obedientia patiendo maius aliquid Deo exhibuit quam ~~quod~~ exigeret recompensatio totius offensae humani generis." III, q. 48, a. 2.

566

(e) Quibus accedit quod, quamvis peccatum sit malum infinitum ratione Dei offensi, eadem infiniti ratio in satisfactione Christi invenitur cum Christus sit divina persona. Sicut enim peccatum mensuratur pro dignitate ~~pro~~ personae offensae, ita et satisfactio mensuratur pro dignitate personae pro offensa satisfaciens.

Vide DB 550, 552: ubi clare docentur infinita Christi merita et infinitus thesaurus ecclesiae acquisitus; at ibidem tot dicuntur de passione Christi ut ad infinitam satisfactionem concludi posse videatur.

4. Christus pro nostris peccatis superabundanter satisfacit.

~~nam Clemens VI: gutta sanguinis modica pro redemptione~~

(a) Rom 5, 15.20: multo magis gratia abundavit; gratia superabundavit. Quae superabundantia attribuitur uni homini Christo, sicut et delictum est per unum hominem Adam. Alibi autem gratia, iustificatio, remissio ^e peccatorum attribuuntur morti vel sanguini Christi. Unde ad satisfactionem superabundantem concludendum est.

(b) Clemens VI: propter unionem ad Verbum modica gutta sanguinis suffecisset ad redemptionem totius generis humani, DB 550.

(c) S. Thomas: "una minima passio Christi suffecit ad redimendum genus humanum ab omnibus peccatis" Sum. theol., III, q. 46, a. 5 ad 3m. Cf. q. 48, a. 2, ubi superabundantia concluditur.

(c) Unde intelligi potest mira illa differentia inter Patres et theologos. Ubi enim theologos laudant satisfactionem a Christo peractam, Patres de partibus ~~in~~ ~~fixi~~ diaboli loqui solebant (Richard, pp. 112-117). Sed in eodem eventu coniungebantur tum "haec est hora vestra et potestas tenebrarum" (Lc 22, 53), tum "oblatis et hostia Deo in odorem suavitatis" (Eph 5, 2), tum illud in hoc transformatum nam "absorpta est mors in victoria" (1 Cor 15, 55) "ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolus" (Heb 2, 14).

~~(d) Secundum idem transformationis principium intelligenda videntur: Gal 3, 13.14, ubi Christus factus est pro nobis maledictum ut in gentibus~~

(d) Secundum idem transformationis principium intelligenda esse videntur Gal 3, 13.14 et 2 Cor 5, 21. In Gal 3 agitur de transformatione ex maledicto legis in benedictionem Abrahae; in 2 Cor agitur de transformatione ex effectibus peccati in effectus iustitiae Dei. Exegetarum sententiae apud S. Lyonnet, De Peccato et Redemptione, MS 1960, pp. 259 ss., ubi etiam de Col 2, 14.

(e) Idem transformationis principium videtur esse de essentia redemptionis quae nihil est aliud quam hoc quod Deus de malis permissis facit bonum excellentius. Vide praenot. VII.

(f) Quo principio agnito, necesse est distinguere duplicem poenam et duplicem iustitiam divinam: debentur enim peccatorum poenae ex iustitia Dei vindicativa; sed solvuntur a Christo ex obedientia et caritate ut Deus sit iustus et iustificans (Rom 3, 26).
Cf. praenot. VIII.

570

7. Satisfactio Christi intelligitur secundum analogiam sacramentalem.

(a) Etiam a liberalibus (Harnack, Loofs) iam ~~et~~ pridem agnitum est (contra E. Cremer) satisfactionem a S. Anselmo esse conceptam secundum notiones et usum ecclesiae. J. Rivière, DTC XIII(26), 1943. Franks, I, 175 ss.

Quod tamen nisi remote ad hoc nostrum assertum pertinet, nam quaerimus non de conceptione anselmiana sed de doctrina catholica.

(b) Disputari solent theologi de effectu satisfactionis Christi, scilicet, posita hac satisfactione, quo usque teneatur Deus ad remissionem peccatorum concedendam. Vide sententias, 17.

Hic non quaeritur de effectu sed de ipsa satisfactione a Christo peracta quemadmodum intelligenda sit.

~~(c) Duo asseruntur. Primo, quod valet distinctio anselmiana, aut satisfactio aut poena, eo sensu ut formaliter ~~mutuam~~ distinguantur, ut alia sit poena satisfactoria et alia sit poena simpliciter, ut alia sit iustitia in sacramento poenitentiae et alia sit iustitia in iudicio finali~~

(c) Duo asseruntur. Primo, quod satisfactio Christi est secundum analogiam satisfactionis sacramentalis. Deinde, quod agitur de analogia et non de perfecta similitudine.

(d) Sensus prioris asserti colligitur ex praenot. III, IV, V; ~~VI~~ quibus, si de iustitia Dei quaeritur, accedunt praenot. VII et VIII.